adv. **historice.** **1** *secundum rerum gestarum cursum – dem historischen Ablauf entsprechend:* LAMB. WAT. annal. a. 1153 p. 525,39 acta . . . convenit -e narrare. a. 1167 p. 539,50 placet -e de utrorumque *(sc. Teutonicorum et Romanorum)* infortuniis pauca . . . stilo memoriae tradere. CHART. Turg. II 141 preterita hy-e, futura prophetice narrans *nobilis scriptura.* **2** *re (vera) – wirklich, tatsächlich (cf. l.23sqq.):* MILO carm. 3,4,1,16 Eufrates . . . Hieremiae lumbare . . . abdidit, -e si dictum creditur actum. **3** *(in) libro historico sacrae scripturae – in, mit einem historischen Buch der Bibel:* WILH. HIRS. const. 1,47 lectio prophetice incipiens, sed hy-e finiens *eqs.* (*sim.* LIBER ordin. Rhenaug. p. 245,3). **4** *secundum sensum litteralem, sensu litterali – dem Wortsinn nach, im Wortsinn (usu theol.; cf. l. 19):* CARM. var. III A 5,70 p. 604 lanam et candidulum quaerit *mulier fortis (i. ecclesia)* -e linum *(v. notam ed.).* HONOR. AUGUST. cant. praef. p. 349A quae *(nuptiae)* fiunt quatuor modis, scilicet -e, allegorice, tropologice, anagogice (*sim.* 1,1 p. 359B). LIBER ordin. Patav. 1,13 p. 944,16 quae *(reliqua)* quamvis mystice, tamen -e completa creduntur. ALEX. MIN. apoc. 16 p. 336,32 cum -e liber iste *(sc. apocalypsis Iohannis)* exponitur, personae plures per unum . . . angelum exprimuntur. *al.* *fort. add.:* CARM. cod. Vat. (5330) 2,2 omnia, quę cęlo sunt ex terraque, vocatur -e mundus.

historiographus (i-, (h)ys-, -iag-, -afus, -avus, -pphus), -i *vel semel (l. 61)* ***historiographa,** -ae *m.* (ἱστοριογράφος) *script.:* s-: *l.42.* -iagroph(us): NADDA Cyriac. I prol. 15,59 *(var. l.). ibid. iterum (var. l.).* *struct. c. gen. obi.: l.71sqq.*

I *subst. i. q. rerum gestarum (de)scriptor – Geschichtsschreiber:* **A** *absol.:* **1** *in univ.:* **a** *def.:* CONR. HIRS. dial. 138 'historin' . . . grece, latine visio dicitur, unde -fus rei visae scriptor dicitur. **b** *exempla:* CHRON. Fred. 3,1 haec s-us de Aiecio narrat *(v. notam ed.).* PAUL. DIAC. Lang. 2,23 certum est . . . Liguriam . . . veteres -os (histori(a)e grapphos, -pphos *var. l.*) Galliam Cisalpinam appellasse. ANNAL. Fuld. II a. 865 app. p. 63a,20 qui *(Ruodolfus)* apud . . . Germaniae partes . . . floruit -us (-vus *var. l.*). REGINO chron. praef. p. 1,16 Romanorum aliarumque gentium -i. LIUTPR. antap. 6,1 temporis instantis qualitas tragoedum me potius quam -um quaereret, nisi *eqs.* HERM. AUGIENS. chron. a. 21 Fenestella -fus (historiarum scriptor *Hier. chron. a. Abr. 2035*) . . . moritur. CONR. HIRS. dial. 738 veterum auctoritas . . . -is, tragedis, comicis, musicis usa probatur. *persaepe.* **2** *spectat ad historiam ecclesiasticam:* NICOL. I. epist. 88 p. 481,18 Theodoritus -us (-agraphus *var. l.*) in his hoc . . . verbis ostendit: '*eqs.*' p. 481,24 subiunxit . . . idem -us (i- *var. l.*) dicens: '*eqs.*' ANAST. BIBL. epist. 7 p. 421,16 omnia, quae a supra nominatis -is *(sc. Eusebio, Theodoreto et aliis)* commemorata sunt. NADDA Cyriac. I prol. 6,26 -us ille, qui gesta Marcelli scribit papę. *al.* *adde:* WILLIB. Bonif. praef. p. 3,8 Eusebius . . . Cesariensis, nominatissimus -orum (hy-arum *var. l.*) scriptor. **3** *spectat ad carmen historicum (de Lucano poeta):* RICHER. REM. hist. 3,47 legit *(sc. Gerbertus)* . . . Lucanum . . . -um *(v. notam ed.).* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 170,20 testante -o: 'signa pares aquilas *eqs.*' *(Lucan. 1,7).* p. 188,1 ut de Erictoo scribit -us *(cf. Lucan. 6,508sqq.).* **4** *spectat ad vitas sanctorum:* VITA Elig. 2,20 p. 712,37 (add. 7) de . . . vexatorum numero . . . cautius . . . y-us hic indidit (*sim.* p. 713,27 [add. 7]). LUP. FERR. epist. add. 10,3 (ed. Duemmler) qui *(pontifices)* iuxta fidem . . . -i *(sc. Constantii)* testes operum illius *(sc. sancti Germani)* . . . extitere. **B** *c. gen. obi. i. q. (con)scriptor, auctor – Schreiber, Verfasser:* ALDH. virg. I 24 Lucas, . . . tertius evangelicae prae-

[Wellhausen]

dicationis -fus. EPIST. Teg. I 27 p. 30,10 qui eventus -is earundem rerum ... est reservandus. TRANSL. virg. Col. 4 (MG Script. XXX p. 1378,4) haec ... cronicorum vel annalium -is narranda remaneant.

II *adi.:* **A** *de hominibus i. q. res gestas describens – geschichtsschreibend:* AETHICUS 43 reliqua ... a ... reliquis scriptoribus -fis ... indaganda. ERCHEMB. CAS. hist. 1 mos ... y-i doctoris *(sc. Pauli Diaconi)* est ... ea tantummodo retexere, quae *eqs.* **B** *de rebus i. q. rerum gestarum descriptioni proprius – der Geschichtsschreibung eigen (usu rhet.):* BURCH. URSB. chron. p. 4,1 in superioribus ... gesta quatuor imperatorum ... sub stilo hy-o non sunt conglutinata.

historiola ((h)ys-, -iala), -ae *f.* *script.* s-: *l. 17. 18. 27. 35. form. nom. sg.* -e: *l.17.* *metr.* -iōla: *l.31.* **1** *spectat ad rerum gestarum, vitae cursum i. q. historia (brevis) – (kurze) Geschichte:* ANDR. BERG. hist. 1 p. 223,5 multa ... eius *(Grimoaldi)* s-e continet, sed pauca in hac adbreviationem conscribam. p. 223,13 multa ... eius *(Cuniperti)* s-e scripta invenimus. **2** *spectat ad rerum gestarum expositionem:* **a** *(rei gestae) relatio (brevis), narratiuncula – (kurze) Erzählung, Geschichtchen:* MIRAC. Adalb. Wirz. 2 minus ... necessarium fore putamus, ut hęc hy-a alieno fulciatur testimonio. 4 p. 46,19 propter brevitatem hy-ę subsequentis parum ... exorbitavimus. **b** *opus(culum) descriptionem rerum gestarum continens, liber historicus (parvus) – (kurzes, kleines) Geschichtswerk, -buch:* **α** *in univ.:* PAUL. DIAC. Lang. 1,21 sicut nos in hac -a (s-, -ala, istoria *var. l.*) inseruimus. 4,40 qui *(Secundus)* ... succinctam de Langobardorum gestis conposuit -am. ERCHEMB. CAS. hist. 1 compulsus ... ego Erchempert ... y-am condere Langobardorum. CARM. libr. III 81,3 hanc, quam misit iners, cape *(sc. princeps)* ... y-am. LEO MARS. chron. prol. p. 5,7 ut ... instar chronicę -am ... utilem componas *(sc. frater Leo). al.* **β** *spectat ad vitas sanctorum:* ANAST. BIBL. epist. 15 p. 436,24 licet ... sapientissimus vir *(sc. Constantinus philosophus)* ... in s-a sua, qualiter acta sit *(sc. inventio reliquiarum beati Clementis)*, strictim commemoret. UFFING. Ida 2,6 p. 486,13 non incongruum suspicamur de translatione sanctarum reliquiarum aliquid ... nostrae -ae strictim inserere.

***historiologus,** -i *m.* (historia *et* -logus) *historiographus, historicus – Geschichtsschreiber, Historiker:* HARIULF. chron. 4,37 capit. p. 178 de ... abbate Gervino ... et assertio -i. HUGO FLOR. hist. p. 349,28 aecclesiasticam ... relegens historiam a multis -is per partes editam ... uno volumine decrevi coartare. p. 352,47 in quo *(libro)* continetur Italiae situs secundum sententiam -i Pauli. p. 353,15 haec ... ab antiquis -is ... aggregavi.

historiuncula (hys-), -ae *f.* *opus(culum) descriptionem rerum gestarum continens, liber historicus (parvus) – (kurzes, kleines) Geschichtswerk, -buch:* **1** *in univ.:* LEO MARS. chron. 1 prol. p. 10,13 confido ..., quod ... pluribus ... nostra sit hy-a placitura. 1,24 p. 72,20 (rec. II) qualiter divisus sit *principatus* ..., necessarium huic hy-e ... inserere duximus. 2,100 p. 357,22 (rec. II) decens esse putamus, si ... tertium -e huius primordium eius *(Desiderii)* auspiciis dedicemus. **2** *spectat ad vitam sancti:* RADBOD. Bonif. 12 ut ... ad martirii eius revelationem hy-a nostra perveniat.

histrio (i-, (h)ys-, -ruo), -onis *m.* *script. et form.:* s-: *p. 1050,4. adde* AETHICUS 34. -torio *(quasi ab* historia *derivatum sit): l.64.*

(actor) scaenicus, mimus, scurra, ioculator – Schauspieler, Gaukler, Possenreißer, Unterhalter (fere in malam partem): **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 167,8 viles personae ..., -es scilicet, nugatores *eqs.* NICOL. I. epist. 88 p. 470,14 fit plausus de ... sacerdote scurris et -bus (histor-, histru- *var. l.*). VITA Poppon. 12 p. 301,10 contigit ... ludis -um (hy- *var. l.*) imperiales ... fores occupari. CHRON. Suev. a. 1043 (MGScript. XIII p. 72,11) hy-um et ioculatorum multitudinem ... vacuam ... abire permisit *Heinricus rex (sim.* OTTO FRISING. chron. 6,32 p. 298,14. *al.).* TRAD. Welt. 121 p. 90,27 Gebehart filius Gebehardi -is (*sc. testis est; item* 122 p. 92,12). ALBERT. M. animal. 22,46 chymeram dicunt esse bestiam ... motus hy-um ... exprimentem. *persaepe. opponuntur pauperes:* FORM. Salisb. II 3,1,20 iustitia ... regis iusti haec est ... inpudicos et i-es non nutrire, ... pauperes elemosynis alere. ALCUIN. epist. 281 p. 439,17 melius est Deo placere quam -bus (s- *var. l.*), pauperum habere curam quam mimorum. CARM. Bur. 33,4,7 non abutaris *(sc. praelatus)* ... commisso tibi pauperum suffragio, nil a te ferat -o (hy-, y-, i- *var. l.). al.* **β** *musicus – Spielmann, Musikant:* ARIBO mus. p. 46,22 quique -es ... quaslibet laicas ... iubilant odas. IOH. AFFLIG. mus. 2,4 et ioculatores et -es ... dulcisonas aliquando videmus contexere cantilenas. ARCHIPOETA 2,8 turba strepens i-um ... conformat tono tonum. IOH. AEGID. mus. 17,5 propter abusum -um eiectis *(sc. ex ecclesia)* aliis ... instrumentis *(sc. praeter organum). al.* **b** *latius de quacumque persona infami:* NICOL. BIBER. carm. 1317 nec collo cedi debes *(sc. princeps)* nec ut -o ledi *(v. comm. ed. p. 354).* **2** *translate i. q. simulator, hypocrita, fraudator – Heuchler, Betrüger:* CAPIT. episc. III p. 370,2 de magicis artibus ... cunctorum ... incantatorum seu -um ... delendis. LAMB. LEOD. Matth. IV 25 assumptis ... duobus illis -bus (*antea:* lenonibus) Treverim versus ire coeperunt *(sc. Coloniensis et uxor eius).* TRAD. Pruss. I 218 p. 161,79 quod inter se non habebunt *neophyti* ... homines ... mendacissimos, -es, qui quasi gentilium sacerdotes in exequiis defunctorum ... promerentur. BERNH. GEIST. palp. 1,60 in tantum quod hias pro rebus, ut -o fias, militis oblitus fias nebulo parasitus. CARM. Bur. 172,1,3 -o per tesseres, clericus amplexibus deludat mulieres.

histrionicus (hys-), -a, -um. *script.* s-: *l.32.* **1** *adi.:* **a** *partes histrionis agens – schauspielend:* ALBERT. M. Matth. 14,6 p. 424,38 describit ... ab inducente saltatrice, garcia -a, motus meretricios matris detegente. **b** *dissimulatus, artificialis – verstellt, gekünstelt: v. p.1034,22.* **2** *subst. masc. i. q. musicus – Spielmann:* FORM. Augiens. C 8 ceu Straboni s-o gratias refero pro munusculo suo, quo solent stolidi in domo vagari *(v. notam ed.).*

adv. ***histrionice.** *modo histrionum – nach Art von Schauspielern:* ALBERT. M. eth. II 4,3,4 p. 324ᵃ,25 abusive tales -e ludentes 'eutrapeli' aliquando dicuntur, eo quod multis sunt gratiosi.

histrix *v.* hystrix.

? ***histumatriton** *subst. n.* (ἱστός *et* ἄτρητος) *?ulcus, tumor – ?(Gewebe-)Verwachsung, Geschwulst:* ARS med. 7 p. 429ᵃ,32 superest venientis matricis causa in agnicionem deducere, ... ⌞corciroma, proptosis, -on ex inmanitatem⌟ *(G,* canceroma propter ositromate et ronyphae rationem ponere *H). cf.* atreton.

***hivernagium** *v.* *hibernaticus.

hiulcus (huu-, hyu-, -licus), -a, -um. **I** *sensu pass.:* **A** *hians, patulus, patefactus – klaffend, offenstehend, (weit) geöffnet:* **1** *in univ.:* **a** *proprie:* ALDH. virg. I 36 p. 284,10 beluarum ingluvies ... -as faucium gurguliones opilavit. *al.* PAUL. DIAC. carm. 6,81sq. tellus -a (gloss.: patefacta) sinu corpus propellit humatum; iussa tenet corpus tellus -a sinu. WALAHFR. hort. 386 plagae quos *(pilos)* ... recentis pestis -a tulit *(per enallagen).* PETR. DAM. epist. 86 p. 494,3 si quando ... hy-is perfossa vulneribus sauciatur *ursa.* **b** *translate de concursu vocalium (usu gramm.):* BALDW. VICT. dict. 12,8sq. sunt ... hy-e (hyulice *a. corr.*) prolationes ... vitande; hy-e (hyulice *a. corr.*) prolationes sunt, ubi collisio vocalium similium ... quasi hiare facit orationis textum. **2** *cavus – hohl:* ODO MAGDEB. Ern. 6,313 montis -am introeunt *miseri* alvum. **B** *perforatus – löchrig:* **1** *in univ.:* YSENGRIMUS 2,159 Ysengrimus uti quis rete indutus -um (huu- *var. l.*) corpore multiforo vulnera totus erat. **2** *rimosus, fragosus – rissig, brüchig:* LAMB. ARD. hist. 77 turrim ... rimis fatiscentem et -am et ... ruinam minitantem reparavit *comes.* **3** *perfossus, discissus – durchbohrt, zerrissen:* METELL. exp. Hieros. 6,380 vulneribus truncos sanguis volvebat -os. **C** *separatus – abgespalten, getrennt:* THEODULF. carm. 1,171 in geminum duplicata ... consurgit *Superbia* -um.

II *sensu act. i. q. findens, discutiens – spaltend, zerschmetternd:* VITA Adalb. Prag. B 15 p. 58,23 velud qui -o (-ico *var. l.*) fulmine ictus certa loqui nescit.

[Wellhausen]

adv. **hiulce.** *late, fuse – weit(schweifig), ausführlich:* DUDO hist. 123 p. 286,31 (ed. Lair) consentaneam vestrae voluntati intentionem -e nobis *(sc. Northmannis)* aperuistis *(sc. Franci).* *Wellhausen*

ho *v.* 1. hic. **ho-** *v. et* o-. ***hoba, *hobo** *v.* *huba.

***hobarius** *v.* *hubarius. ***hobonia** *v.* *hubonia.

***hobunna** (huo-, hobinna), -ae *f.* (*hoba) *pars terrae (uni colono sive familiae sufficiens) – (für eine Bauernfamilie ausreichendes) Stück Land, Hofstelle, Hobe, Hufe (de re v. LexMA. V. p. 154sqq. s. v. 'Hufe'):* CHART. Epternac. 31 p. 75,6 (a. 721/2) dono . . . in loco Meginum Walamunt cum uxore et infantibus cum terris, duas -innas. CHART. Fuld. B. 156 trado . . ., quicquid proprium habeam . . . extra duas -as (*sim.* 189). 172 p. 258,35 novem trado colonias, hoc sunt -ae, integras cum omnibus adiacentiis. CHART. Hersf. 35 p. 62,23 donamus, quicquid proprium habeo in . . . Burgdorpf, . . . et illis XXX familiis huo-as; et si illę huo-ae plenae non sunt in Burgdorpf, restituentur in Ordon. *cf.* *huba.

***hoccitatio** *v.* *hoquetatio.

***hochofinna,** -ae *f.* (*theod. vet.* hoch *et* finne) *collis, clivus – Anhöhe, Hochbruch (v. DuC. IV. p. 211 et Dt. Rechtswb. V. p. 1132):* CHART. Epternac. 28 (a. 718) tibi *(sc. pontifici)* dono *(sc. monachus)* . . ., hoc est casis, curticlis, campis . . . cum manentibus ibidem aspicientibus X, servientes hafergarias, -as cum ingressu et egressu.

***hocsiporfiron** *v.* *oxyporphyron.

hoctoritas *v.* auctoritas. **hoctuagesimus** *v.* octogesimus.

hodie *adv. script.:* o-: *l.30.33. al.* hozie: *l.38.* -iae: *l.42.*

1 *strictius i. q. hodierno die – heute, am heutigen Tage:* **a** *in univ.:* CHRON. Fred. 2,36 p. 61,7 odie perdedi *(sc. Titus)* diem. WETT. Gall. 12 mane . . . facto dixit diaconus ad eum: 'pater, quid vis, ut faciamus -e?' CHART. select. Loersch 54 p. 41,24 nec odie nec nulloque tempore. RATHER. pentec. I 1,16 quinquagesima est -e dies a resurrectione Domini. HROTSV. Gall. II 5,7 quod facturus eris *(sc. Iulianus)*, -e perfice. *persaepe. de appellatione:* ERMENR. ad Grim. 1,5,120 multi Latinorum . . . nomina 'di' ante penultima habentia cum sono zetae litterae protulere, ut hozie, merizies. **b** *iuncturae:* **α** usque -e *i. q. usque adhuc – bis heute, bis jetzt:* LEX Baiuv. prol. p. 203,1 omnia vetera legum in melius transtulit *rex (sc. per illustres viros)* et unicuiqe genti scriptam tradidit, quae usque -e (-ae *var. l.*) perseverant. WILLIB. Bonif. 2 p. 9,6 quod *(monasterium)* usque -e dicitur Nhutscelle. EIGIL Sturm. 20 p. 155,22 (cod. W) quod privilegium usque -e in monasterium fratres conservatum habent. WIDUK. gest. 1,6 erat . . . illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum usus, quibus usque -e Angli utuntur. *persaepe. v. et vol. II. p. 138,33.* **β** ab, ex -e *i. q. ab hodierna die, ab hoc tempore, posthac, abhinc – ab heute, von jetzt an, künftig(hin):* VITA Elig. 1,30 p. 686,27 ut numquam tibi *(sc. Columbae)* in hoc loco veneratio praebeatur ab -e. EKKEH. IV. cas. 123 p. 240,2 dux . . . circa trigesimum ab -e diem filium ex utero suo editum ad ubera suspendet. CONST. imp. I 333,8 p. 475,25 ab -e usque ad pentecosten proximum. CHART. Osn. III 55 p. 43,38 fideiussores dedimus nobiles viros . . . in hac fideiussione ad triennium ex -e duraturos. *al. abund.:* VITA Bertuini 4 (MGMer. VII p. 180,8) ab -e ac deinceps faciem meam amplius non videbitis *(sc. populus).* PETR. DAM. epist. 65 p. 243,14 Wido archiepiscopus . . . ab -e in antea . . ., quod promisit, . . . fideliter observabit. *saepe.* **γ** -e quam heri *c. compar. fere i. q. de die in diem – etwa: von Tag zu Tag: v. p.994,58.* **c** *usu subst. i. q. hodiernus dies – das Heute (c. sensu temporis praesentis ['Gegenwart']):* THEOD. TREV. transl. Celsi 16 cuius *(metropolitani)* memoria, quamdiu '-e' dicitur, semper est in benedictione habenda *(locus spectat ad Vulg. Hebr. 3,13).* COD. Udalr. 37 p. 77,20 cui *(Christo)* . . . permanet sempiternum -e in secula seculorum. GODESC. AQUENS. opusc. 1,9 p. 71,16 in -e designatur omne tempus ab initio saeculi usque ad finem saeculi *eqs.* EPIST. Hildeg. 98 valete, quamdiu in supernis dicitur '-e'. *al. v. et p.994,71.72.* **2** *latius i. q. his temporibus, nunc – heutzutage, jetzt, gegenwärtig:* WALAHFR. Wett. 880 est *Tatto* -e . . . probus, felix, spectabilis, aptus. WALTH. SPIR. Christoph. I 29 eius . . . inaudita quantitas signorum -e . . . diffunditur toto orbe terrarum. THIETM. chron. 1,4 p. 8,2 ubi -e sepe accensa videntur luminaria. OTTO FRISING. gest. 1,61 p. 88,9 cuius *(Iohannis Chrysostomi)* -e in aecclesia viget memoria. *saepius. v. et p.995,3.5. 6.7.*

hodiernus, -a, -um. *script.:* o-: VITA Bib. 9 (MGMer. III p. 100,14 *[var. l.]).* ord-: *l. 20.* -ihe-: *l. 21. adde* FORM. Augiens. B 1 p. 348,12 *(var. l.). form. abl. sg.* -um: FORM. Senon. I 14. 23. 29. *metr.* hō-: *l.12.*

1 *adi. i. q. praesens – heutig:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* AMALAR. off. 1,12,44 in fine quintae feriae -ae festivitatis. HYMN. Hraban. 16,4,3 prece -a quem *(Iohannem baptistam)* colit orbis. WIDUK. gest. 1,11 p. 19,10 -o . . . prelio fatigati quemadmodum sunt *adversi*, sine metu . . . manent. ALBERT. AQUENS. hist. 6,43 p. 460,3 cur in spe -e mortis . . . christianus populus delectaretur. GERHOH. psalm. 36 p. 544,21 petens *(sc. iustus)* panem cotidianum vel -um. CONR. MUR. lib. ordin. p. 233,3 responsorium ex evangelio sumitur -o. *persaepe.* **β** *in iuncturis* -a dies, lux *sim.:* CHART. Sangall. A 136 (a. 793) omnia . . . ad . . . monasterium . . . ex or-a die . . . volo esse donatum. VITA Galli I 11 lapis usque in -hernum diem in ipsa ecclesia . . . videtur. ALBERT. AQUENS. hist. 5,40 p. 394,3 latet usque in -am lucem, quo fine perierit *Walterus de Verva castello.* STATUT. ord. Teut. p. 129,3 quo *(ense)* hic famulus tuus *(sc. Dei)* -a die precingi desiderat. *persaepe. abund.:* CHART. Wirt. 63 p. 68,13 (a. 809) reliqua omnia . . . ad monasterium sancti Gallonis ab -o die et deinceps volo esse concessum. 86 p. 100,8 quicquid ab -a die et tempore rectores . . . monasterii . . . facere voluerint. *saepe. v. et vol. III. p. 233,65. ellipt. in cognomine:* ANNAL. Ianuens. I p. 209,1 Lucenses . . ., quos voluerunt nostri, sibi adsignarunt, videlicet . . . Guilinum de H-a et Silvanum. **b** *latius:* **α** *quod nunc est – jetzig, derzeitig (interdum c. notione novi, e. g. l.37.40):* TRAD. Patav. 20 (a. 788/89) quicquid in -o t e m p o r e possidere videor (RATHER. epist. 6 p. 33,4 in -i temporis clero. *al.*). RATHER. cena Dom. 3,103 in plurimis -i seculi hominibus magis mendacium habundat quam veritas. ANON. Has. 30,3 -am sancti Blasii capellam pro antiqua illa sancte Gerdrudis substituit *episcopus.* 30,27 camerarius veterem . . . sancte Marie capellam . . . deiecit et -am fecit. YSENGRIMUS 1,494 sicut iustitiam mos -us habet. *saepe.* **β** *ad diem pertinens – zum Tag gehörig, Tages-:* CARM. var. I 21,2,26 ales agit noctis, dormit -a volucris. METELL. exp. Hieros. 3,922 lux -a propinquat. **2** *subst. masc.:* **a** *qui hodie vivit, modernus – der heute, jetzt Lebende:* TRAD. Frising. 784 (a. 857) -i . . . veterum vestigia sequentes ad loca sanctorum propria sua collocant. EGBERT. fec. rat. 1,547 o, quantum distant -i a laude priorum (*sim.* 2,520). **b** *sensu adv. (ellipt.)* usque in -um *i. q. usque adhuc – bis heute, bis jetzt:* WETT. Gall. 41 p. 280,11 in honore Salvatoris ipse lapis ibi *(sc. in ecclesia)* usque in -um servatur. HERIG. gest. 44 p. 183,46 in -um usque praebet *oratorium* habitacula. CASUS Petrish. 4,20 Waginhusensis cella . . . ex contentione Scafhusensium impedita usque in -um parum profecit. 4,28 ex die . . . illa usque in -um formice ex eo loco tam pleniter defecerunt, ut *eqs.*

***hodius** *vel* ***hodus,** -i *m.* (-a, -ae *m.: l.64.65.66*; -um, -i *n.: l. 60*) (*theod. vet. inf.* hoet; *v. Mittelniederdt. Handwb. II/1. p. 362 s. v.* ¹hôt) *script.* hoed(us): *l.66.*

mensura quaedam frumenti – ein Getreidemaß, 'Hödt': ANNAL. Elmar. a. 1151 fames valida facta est in Flandria, et Bruggis vendebatur -ium frumenti XL solidis. CHART. Hans. 432 p. 145,34sqq. de quadraginta et quinque -iis (modiis *var. l.*) frumenti et supra debentur III viertales, de viginti et quinque -iis . . . debetur dimidius -ius *eqs.* 779 p. 269,40sqq. dabunt *mercatores* . . . de quolibet hodo (hoda *var. l.*) tritici . . . quatuor denarios Hollandenses, de quolibet hodo (hoda *var. l.*) avene et ordei duos denarios . . . , de quolibet hoedo (hoda *var. l.*) pisarum . . . unum denarium sterlingorum.

***hodoeporicus** (odep-, odop-), -a, -um. (ὁδοιπορικός) **1** *adi. i. q. ad iter pertinens – zur Reise gehörig:* VITA Rigob. 28 (MGMer. VII p. 77,22) ode-as incommoditates vitando nolebat. **2** *subst. neutr.:* **a** *iter – Reise:* ODILO SUESS. Seb. 69 -o licet difficulter expleto . . . tandem . . . ingreditur Romam.

[Weber]

b *narratio de itinere facto – Reisebericht:* HERM. AUGIENS. chron. a. 811 Heito ... Constantinopolim missus, odop-um suum scripsit. a. 813 Karolus ... archiepiscopum et abbatem ... Constantinopolim misit, quorum odop-um ... scriptum habetur. SIGEB. GEMBL. catal. 342 scripsit *Fortunatus* metrice ode-um suum.

1. hoedus *v.* haedus. **2.** ***hoedus** *v.* *hodius.

***hofecensus** (hove-), -i *m.* (*theod.* hof *et* census) *census curiae – Hof(statt)zins (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1382sq.):* CHART. scrin. Col. A I p. 238 nr. 2 (c. 1159/70) pater suus *(sc. Helkeri)* persolvet den hov-um iaregeliches de illa domo.

***hofelen** (hove-), -is *n.* (*theod. vet.* hoflehen) *feodum ministerialium – Ministerialenlehen, Hoflehen (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1276):* CHART. episc. Halb. 1201 l. 11 (a. 1269) quam *(aream)* ... Burchardus a nobis *(sc. episcopo)* iure hov-is possidebat.

***hofemaldrum** (houue-), -i *n.* (*theod.* hof *et* *maldrum) *mensura quaedam frumenti – ein Getreidemaß, 'Hofmalter' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1282.):* CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 407,4 (c. 1200) de ... mansis singulis in natali Domini solvitur, id est houu-um avene.

***hofescario** (ove-), -onis *m.* (*theod. vet.* hof *et* scario) *maior curtis regiae – Hofscharmann, 'Hofscherge' (cf. Dt. Rechtswb. V. p. 1337):* LEG. Lang. p. 203,17 si maior causa fuerit, per sacramentum ov-i (ov-us, obscurioni, obsecario *sim. var. l.*) ... finiatur *(v. notam ed.).*

***hofescultetus** (hove-), -i *m.* (*theod.* hof *et* *scultetus) *curtis administrator forensis – (Rechts-)Beauftragter eines Hofes, 'Hofschultheiß' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1343):* CHART. Steph. Wirz. 271 p. 298,31 (a. 1257) sunt ... bonorum hii salmanni: ... Heroldus de Rinpur, Gernodus hov-us. CHART. episc. Wirz. I 3409 p. 473,23 testes sunt hi: ... Heinricus Wolfolt camerarius, Arnolt, frater suus, hov-us.

[hoffium *v.* ostium: CHART. Rhen. inf. II 550 p. 316,21.**]**

***hofmagister,** -tri *m.* (*theod.* hof *et* magister) *qui curtem administrat, curti praeest – Hofverwalter, 'Hofmeister' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1296sq.):* TRAD. Garz 78 (a. 1230) per manum salmanni, scilicet Chunradi -i. TRAD. Salisb. II 368b testes sunt ... Rudolfus magister coquine, Chunrat -r.

***hofmannus,** -i *m.* *(theod. vet.* hovaman, *v. Ahd. Wb. IV. p. 1168)* *qui administrat vel conducit curtem feodalem – Verwalter oder Pächter eines Fronhofes, 'Hofmann' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1282sqq.):* CHART. Steph. Wirz. 283 p. 312,26 (a. 1264) testes ... sunt ... Gebeno -us allodii, Bertoldus Seldener possessor unius domus.

***hofmarchia** (hovem-, -hya), -ae *f.* (*theod.* hof *et* marca) *abl. pl.* -his: DIPL. Heinr. IV. 3012 p. 397,5 (spur.).

districtus ad ius fundi pertinens, territorium ecclesiasticum, advocatio (ecclesiastica) – zu einer (geistlichen) Grundherrschaft gehörendes Gebiet, Vogtei, 'Hofmark' (usu publ. et iur.; exempla in schedulis nostris collecta spectant ad territorium Bavariae q. d.; de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1286 et S. Hiereth, Die bayerische Gerichts- und Verwaltungsorganisation vom 13. bis 19. Jahrhundert. 1950. p. 11): CHART. Weihenst. 5 p. 13,23 (a. 1146) ius ... praxandi cerevisiam in monasterium sive eius -am Vötting ius transferendi concessimus, ut ... abbas ... exercere valeat. CHART. Austr. sup. I 245 p. 353,35 de quibus *(possessionibus)* ... aliquas in -ya nostra *(sc. episcopi)* Hag sitas nominatim duximus exprimendas. CONST. imp. II 277 de redditibus -arum, que ad dominicalia pertinere noscuntur. GREG. IX. registr. 480,2 ne castra et hove-as (hove-e *var. l.*) ... ecclesie lapsu temporis in successoris preiudicium variari contingat. REGISTR. Patav. I p. 34,12 in -a Waeneinstorf *eqs. al.* *cf.* *cortimarchia.

***hofsacha** (hovas-, hoves-, hofes-), -ae *f.* (*theod. vet.* hofsache) *praedium ad curtem attinens – zum Hof gehörender Grund (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1334 s. v. 'Hofsache'):* CHART. Austr. sup. I 76 p. 100,2sqq. (a. 1073) confirmamus *(sc. papa)* ... unam hove-am, quam Egeno ... dedit, et duas hove-as in loco, qui dicitur Alburch, ... et tres hove-as de Ebechendorf *eqs.* REGISTR. Patav. II p. 75,5sqq. ad Althaimen hova-a est XXXVI iugera per tres campos, ad Pollingen hova-a est, que habet XXII iugera *eqs.* CHART. Austr. sup. I 410 p. 605,28sq. tradidit *episcopus* ... ad Windeberch unam -am, ... ad Pinzheim unam -am. *saepe.*

***hofsteda,** -ae *f.* (*theod. vet.* hovastat, hostat*; v. Ahd. Wb. IV. p. 1170sq.* [*cf. nederl.* hofstede]) *praedium rusticum – Bauernhof, Hofstatt:* CHART. Traiect. 1739 (a. 1268) -am ... fratribus dictis *(sc. domus Teutonicae)* duxi *(sc. magister)* conferendam. 1744 filium meum dicte domui optuli *(sc. comes)* ... et unam -am in Middelburg.

***hoketus** *v.* *hoquetus.

holce (o-, -ca), -ae *f.* (ὁλκή) *species quaedam ponderis – eine Gewichtseinheit, 'Holke':* CATAL. mensur. 13 olca est dragma I et semis. DICUIL. epist. cens. 87 (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 9v) denarius, clemes (*i.* chemes), dragma, olce eadem fore signant. PAUL. AEGIN. cur. 252 p. 197,1 nitri olce (*3,77,2* ὁλκαί) VIII, terevintine olce IIII.

[holeis *v.* holus.**]**

holitor (o-),-oris *m.* *qui holera vel herbas colit, novit – Kräuter-, Gemüsegärtner, Kräuterkenner:* TRAD. Ratisb. 950 (a. 1181) testes ... Hartwic -r, Werinhard pistor. CHRON. Noval. 2,7 p. 85,42 dicitur in hoc monasterio prisco habuisse tempore monachum quendam o-em nomine Waltharium. WILLIR. cant. 5,13 p. 167,13 illius areolis ego testor aromate fętis esse genas similes, quas consevere -es.

***holka** *v.* *olca.

***Hollandigena,** -ae *m.* *qui Hollandia q. d. ortus est – (gebürtiger) Holländer:* CHART. Anhalt. I 513 p. 375,36 (a. 1170) quos *(redditus)* nobis -e super ripam Albis positi ... persolvunt. CHART. archiep. Magd. 356 p. 468,20 offerimus *(sc. archiepiscopus)* Deo ... sex mansos ... -arum more per longum et latum dimensos *(v. notam ed.).*

***holocauste** *adv.* (holocaustum) *per sacrificandi causa combustum – mit Hilfe eines Brandopfers:* ALBERT. M. cael. hier. 7 p. 97,46 purgativum -e (*PG 3,205*C ὁλοκαύτως). summ. theol. II 10,39,1,1,1,2 p. 429a,11 -e purgativum.

***holocausto,** -are. (holocaustum) *comburendo sacrificare – als Brandopfer darbringen (in imag.):* RATHER. Metr. 8,335 qua exercebaris palestra, regis illius celestis athleta, quo -baris incendio, acceptissima hostia Christo.

holocaustoma, -atis *n.* (ὁλοκαύστωμα) *script.* -cha-: ALDH. ad Acirc. 2 p. 68,10 *(var. l.).*

quod sacrificandi causa comburitur – (Brand-)Opfer: **1** *proprie:* ALDH. virg. I 54 p. 312,16 -ta primus mortalium offerre promeruit *Abel.* RADBERT. corp. Dom. 9,150 omnium veterum sacrificiorum atque -tum (holocaustorum *var. l.*) huius *(sc. passionis Christi)* mysterii praeferre veritatem. ELIS. SCHON. vis. 1,69 p. 33,24 Dominus avertit faciem suam, ne videat -ta et sacrificia vestra *(sc. hypocritarum). al.* **2** *translate:* ALDH. virg. I 60 p. 322,15 cum ... monasticae classis caterva ... creatori medullata o r a t i o n u m -ta flexis poplitibus concorditer obtulerit (COD. Udalr. 96 p. 185,2).

holocaustum, -i *n.* (ὁλόκαυστον) *script.* -cha-: *l. 58. 67.* -utt(um): ALDH. virg. II 1053 *(var. l.).* *confunditur c. incaustum:* WILH. HIRS. const. 1,5 p. 252,13 *(var. l.)*

quod sacrificandi causa comburitur – (Brand-)Opfer: **1** *proprie:* **a** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 65,2 de sanguine buculae rufae iuxta ritum caeremoniarum in -um (-haustum *var. l.*) concrematae. RADBERT. corp. Dom. 21,41 cum aspergeret *Moyses* populum de sanguine -orum. WALTH. SPIR. Christoph. I 16 p. 74,19 ut in conspectu omnium celebrius diis -um possit offerri. ALBERT. M. euch. 5,2,2 p. 345a,39 quinque *(sc. oblationes)* ... sunt -a, pacifica, hostia, victima et immolatio. *persaepe. v. et l. 46.* **b** *de Isaac:* RHYTHM. 4,3,4 quem *(Isaac)* in Dei -um pater iustus obtulit. EKKEH. IV. pict. Mog. 143 Isaac exhaustum mihi, mando, cremes *(sc. Abraham)* -um (-haustum *cod. p. corr.*). **c** *de Christo:* HROTSV. gest. 329 qui *(agnus paschalis)* pro nobis redimendis se dedit electum Patri moriens in -um. **2** *translate:* **a** *in univ.:* VITA Ansb. 23 (MGMer. V p. 635,25) offerens Altissimo cotidianae laudis -a dignissima. CHRON. Reinh. a. 1213 p. 582,31 se ipsum hostiam vivam offerendo mactabat praepositus -um cordis contriti. *al.*

[Weber]

b *de hominibus (spectat ad vitam monasticam; de Maria virgine: l. 6):* CARM. de Cass. 45 libavit totum Domino sese in -um ei servire volens. CHART. Rhen. inf. I 260 p. 168,43 (a. 1102) in qua *(ecclesia)* se ipsum Deo . . . offerens -um suavitatis habitum suscepit *Gerhardus* sanctissimę conversationis. AMADEUS LAUS. hom. 6,292 te *(sc. Mariam virginem)* . . . -um Deo suavissimum obtulisti (*sim.* 8,32). *al.*

***hologium** *v.* *alodis. *adde ad vol. I. p. 497,6sqq.:* CHART. Pruss. I 73 (a. 1230) mihi . . . contulerunt *dux et ecclesia Plocensis* . . . quinque hologia, unumquodque de V aratris, cum omni utilitate.

holographus (o-), -a, -um. (ὁλόγραφος) *script.:* -ab(us): *l. 15. 17. 18.* -af(us): *l. 15. 17. 18.* -av(us): *l. 15.* **1** *propria manu scriptus, factus – eigenhändig (geschrieben, angefertigt):* LEG. Wisig. 2,5,16 de o-fis (o-bis, o-is, -vis *var. l.*) scripturis; . . . si certa et evidens scriptura est, quam idem conditor o-fa (o-ba, o-a *var. l.*) ratione conscripsit . . .; testes . . . eandem o-fam (o-fa, o-va, o-bam, o-am *var. l.*) scripturam sua . . . suscriptione confirment. **2** *in locut.* -a manus *fere i. q. proprius – eigen (usu abund.)*: LEG. Burgund. Rom. 45,1 testamenta, si per o-am manum fiant, probata manus veritate sine testibus integram capiunt firmitatem. *de subscriptione:* ADAM gest. 3,30 nefanda sacerdotum coniugia o-a synodi manu perpetuo damnata sunt.

***holohagiographia** (oloa-ha), -ae *f.* (ὅλος *et* ἁγιογραφία) *integrae sacrae litterae – die ganze heilige Schrift:* ERMENR. SVAL. praef. 2 p. 156,4 quatenus . . . in campum oloa-hae (gloss.: totae sanctae scripturae) volare ac quiescere queam.

***holosericalis** (o-), -e. (holosericus) *plane bombycinus – ganz seiden:* CHRON. Andag. 39 p. 101,15 cum . . . iuvenis . . . adeo se accingeret, ut preciosissimas -is (o- *var. l.*) habitus vestes cum tunica holoserica sponte sua spoliatus abiiceret.

holosericus (o-, -sir-), -a, -um. (ὁλοσηρικός) *script.:* ols-: *l. 52.* oles-: *l. 48.* olisyr-: *l. 49.* -sce-: ADEMAR. hist. 3,56 l. 37.

1 *adi. i. q. plane bombycinus – ganz seiden:* ALDH. virg. I 35 p. 278,2 illum *(Chrisantum)* . . . o-is et bombicinis indutum v e s t i b u s misit *pater* in triclinium (WANDALB. Goar. 2,1 p. 45,4. *al.*). BONIF. epist. 63 p. 131,19 parva munuscula . . . transmitto vobis *(sc. episcopo)*, id est casulam, non olosi-am (o-am *var. l.*), sed caprina lanugine mixtam. GESTA Ern. duc. I 2,144 cum purpureis techis et linteamine -o et coopertorio hermelino. *saepius. v. et l. 32. vol. II. p. 353,52.* **2** *subst.:* **a** *fem. i. q. pannus (plane) ex bombyce confectus – Seidentuch:* EPIST. Bonif. 116 p. 250,25 o-am ad reliquias beatę memoriae Baeda magistri nostri . . . destinasti *(sc. Lullus).* **b** *neutr. i. q. (purus) bombyx – (reine[r]) Seide(nstoff):* PASS. Leod. 43 (MG Mer. V p. 322,5) matronae . . . velamen ex auro et olesirico (o-o, olisy-o, serico *var. l.*) et ornamentis offerentes. VITA Elig. 2,6 p. 699,26 o-irico praetiosissimo obvolutum . . . corpus *(sc. Quintini)* . . . citra altare transposuit. CHART. Sangall. A 178 inter auro et argento et olsirico. *al.*

holoverus (olobrium), -a -um. *purpureus – purpurn: subst. neutr. i. q. purpura – Purpurstoff, -wolle:* ACTA imp. Winkelm. I 670 (a. 1241) cappa una celestris de olobrio.

holovitreus (o-), -a, -um. *(plane) ex vitro confectus, vitreus – (ganz) aus Glas gefertigt, (völlig) gläsern:* FRUTOLF. chron. p. 67,65 invenerunt *milites* . . . sepulchrum o-um, de quo a foris apparebat corpus hominis. p. 70,58 fiat dolius o-us. MART. OPP. chron. p. 402,14 quod *(templum)* olim dicebatur o-um, totum factum de cristallo et auro.

***holtgravius,** -i *m.* (*theod. vet.* holzgrâve, *theod. inf. vet.* holtgrêve) *praefectus iudicii ad res silvaticas pertinentis – Vorsitzender des Gerichts über Waldangelegenheiten, 'Holzgraf' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1477sq.):* CHART. Rhen. inf. II 281 p. 146,30 (a. 1243) pro singulari arbore quercina -o, scilicet domino abbati, quinque solidos . . . oportebit erogare.

***holtmarca** (holzm-, -cha), -ae *f.* (*theod. vet.* holzmarca, *theod. inf. vet.* holtmark[e]) *saltus, area silvatica – Wald(gebiet), 'Holzmark' (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1496sqq.):* CHART. Mog. A I 609 (a. 1136) tradentes *(sc. heredes)* . . . unam hobam et tres curtes et unam -ham. TRAD. Fuld. I 38,201 capturam unam et holz-ham ad X hubas.

***holtscara,** -ae *f.* (*theod. vet.* hol[t]z *et* scara, schar; *cf. O. Schade, Altdeutsches Wörterbuch* [2]*I. 1882. p. 780 s. v.* scara *et Lexer, Mittelhochdt. Wb. II. p. 661sq. s. v.* schar) *pars saltus ad saginam idonei – Anteil an Waldmastgebieten (de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1511 s. v. 'Holzschar' et XII. p. 226sqq. s. v. '[1]Schar'):* REGISTR. abb. Werd. 1 p. 3,12 (s. IX.[1]) de -a in Uuiti *eqs.*

1. holus (o-), -eris *n. (f.: l. 16) script.* -ll-: *l. 21. adde* CHART. Tirol. 672 p. 133,26. *form.: dat. pl.* -eis: SIGEB. GEMBL. Theod. praef. p. 463,12. *decl. I.: l. 16.*

1 *herba, legumen, brassica – Kraut, Gemüse, Kohl (c. notione cenae frugalis):* **a** *proprie:* **α** *gener.:* AESCULAPIUS 4 p. 7,34 o-a, quę ventrem solvant. RECEPT. Lauresh. 2,251 mense Madio . . . o-leras frigidas usitare. CONC. Karol. A 39[A],122 p. 402,32 habeant . . . canonici h o r t o s -um (o- *var. l.*), unde *eqs.* (B 39,13 p. 447,25. *al.*). VITA Willeh. 9 aesca . . . eius erat panis et mel, -a et poma. CHRON. rhythm. Leod. 186 nos, qui damus decimas o-um. THADD. FLORENT. cons. 163,65 ex oll-bus . . . potest uti sicla, spinachiis, malva. REGISTR. Geisenf. 32 hortulanus . . . debet . . . ferre o-a (*theod.:* chrůt) sua decocta *eqs. persaepe. v. et vol. II. p. 852,26.* **β** *de speciebus:* -s iameni: *Amarantus viridis (L.) – Liegender Fuchsschwanz (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 242):* ALBERT. M. veget. 6,417 pes locustae est herba similis o-i iameni. -s molle *(cf. Isid. etym. 17,10,16):* GLOSS. med. p. 49,15 olus molle: genus erbe ortulane. -s regis: *Fumariae species – eine Art Erdrauch:* ALBERT. M. veget. 1,159 olus, quod vocatur olus regis *(v. notam ed.).* -s rubeum: *fort. i. q. Brassica oleracea var. capitata f. rubra (L.) – viell.: Rotkohl:* TRACT. de aegr. cur. p. 193,24sqq. ad plagam potio: urtica rubea et rubeum olus . . ., urtica rubea et rubeum olus non permittant vulnus sanare *eqs.* **b** *per compar.:* CARM. Bur. 14,5,8 labitur *gloria* ut olus marcidum. **c** *in imag. (c. sensu vilitatis vel vanitatis: l. 39.40):* GUNZO epist. 6 p. 31,6 adhibete . . . viridariis vestris claustra, seras, custodes, ne o-a vestra bene olentia turpi ructamine vitientur. RAPULARIUS I 244 qui dederat magna, vile recepit -s. ANNAL. Hamb. a. 1238 (vs.) tres, ubi crescit olus . . ., abbas Albertus posuit radiantia quercus. *al.* **d** *meton. i. q. mixtura leguminum – Gemüseeintopf:* HERM. IUD. conv. 1 p. 71,19 ex eadem secum *(sc. cum rege)* scutella olus ex multigenis herbis radicibusque confectum manduco. 21 p. 125,10 olus, quod in mensa regia manducare mihi visus sum, Christi arbitror designare evangelium. *ibid. al.* **2** *de genere plantae* -s virens *fere i. q. frutex – etwa: Staude, buschartiges Kraut:* ALBERT. M. veget. 1,155 est . . . aliud *(sc. genus plantae)* medium *(sc. inter arborem et herbam)* . . ., quod vocatur olus virens *(v. notam ed.).*

compos. **holusatrum** (o-, osilia-, olys-, oles-, olis-, olixa-, oliza-, -ant-, -andro-, -astr-, -tum, -arum *sim.*) *Smyrnium olusatrum (L.) – Ross-, Pferde-Eppich, Gespenst-Gelbdolde (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. IV. p. 350):* GLOSS. med. p. 49,11 olysatrum (oli- *var. l.*), genus erbule ortulane. ANON. herm. p. 101,17 hismirnion, id est olesandro. CAPIT. reg. Franc. 32,70 p. 90,5 volumus, quod in horto omnes herbas habeant, id est . . . olisatum, petrisilinum. RECEPT. Lauresh. 3,70 seminis olisari grana XVI. ALPHITA O 24 olixatrum (ol[i]sastrum *DH*, osiliatrum vel olixatrum *A*, vel olizarum *add. γ*), petrosilinum macedonium idem. *al.*

[2. holus *v.* oleum: AESCULAPIUS 2 p. 3,38.**]**

holusculum (o-), -i *n.* *script.* hul-: ALDH. ad Acirc. 134 p. 187,6 *(var. l.). (parva) herba, (parvum) holus – (kleines) Kraut, Gemüse, (kleiner) Kohl:* WALAHFR. exord. 28 p. 513,7 ut de minimis quibusque -is, ruta videlicet, menta et cymino . . . decimas daret *Iudaicus populus*. AMARC. serm. 3,74 is, qui ieiunum stomachum sustentat furfure sento, urticas, malvas et -a cetera ruris decoquit in testa. PETR. TREV. David 18 p. 40,21 tanta facilitate transverberavit singulas *(sc. radices quercus)*, ac si mollia o-a succideret. *saepius. in imag.:* PETR. DAM. epist. 67 p. 287,5 queque noxia demolitur *vir Dei*, steriles herbas extirpat, circumcirca sariens virentia excolit et communit -a.

[Weber]

***homagialis** (o-, -ai-), -e. (homagium) *ad hominium pertinens – die 'Mannschaft' betreffend, 'Mannschafts'-:* **1** *de rebus:* CHART. Westph. III 532 (a. 1251) que *(bona)* Thidericus ... o-i iure de manu nostra *(sc. praepositi)* tenebat. CHART. Turg. III 588 p. 431,33 quam *(decimam)* idem *(sc. ministerialis)* a nobis *(sc. episcopo)* in f e o d u m -e tenuit (V add. 20 p. 714,6 f. omaiale. *al.*). **2** *de hominibus:* CHART. Gelr. 968 p. 935,29 (a. 1275) hoc ... dominus ... coram suis fidelibus vel viris -bus domini de Horne ... discutiet et aequabit.

adv. ***homagialiter.** *iuxta ius hominii – nach dem Mannschaftsrecht:* CHART. Turic. 1584 p. 295,26 (a. 1275) quibus *(dotariis)* similiter a nobis dictaque ecclesia -r extitit *miles* infeodatus.

***homagium** (o-) *vel raro* (*l.29. adde* CHART. Tirol. notar. II 84) ***homaticum,** -i *n.* *(francog. vet.* hommage; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. IV. p. 456b) script.:* obm-: *l.59. al.* hum-: *l.35.* -mm-: *l.27. al.* -açi(um): CHART. Tirol. 822. -gg-: DIPL. Karoli M. 316 p. 477,37 (spur.). -ai(um): *l.35. al.* -ay(um): *l.28. al.* -ge(um): ACTA imp. Winkelm. II 5 p. 5,32. -gy(um): CHART. Bund. 1017 p. 466,18. -g(um): CHART. Brixin. 146 p. 156,28. *form. gen. sg.* -gy (*pro* -gij): CHART. Westph. VII 1691. *al.*

hominium, commendatio – 'Mannschaft(sleistung)', Hulde (de re v. HRG II. p. 225sqq.): **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* GESTA Ern. duc. I 1,39 multi nobiles et, qui ei *(duci)* -o tenebantur, ... cum eo exulare non timuerunt. ROB. TOR. chron. a. 1158 p. 508,29 ille *(comes)* f e c i t regi ... homm-um (LAMB. ARD. hist. 120. CHART. Westph. V 279 p. 135,33 -ya facta. CHART. Tirol. notar. I 665 facere ... -ticum. *persaepe*). GESTA Lob. 26 p. 332,8 accepto -o. CONST. imp. III 237,16 agere contra -um vel fidelitatem (*sim.* 237,26. 250,3). *persaepe. v. et p. 135,59. usu attrib.:* CHART. Rhen. med. III 1303 (a. 1255) quos *(iurnales)* Wilhelmus burggravius ... -o i u r e a nobis *(sc. comite)* ... obtinebat (CHART. Westph. VII 1731 p. 799,14 humaio iure). **β** *in iunctura* ligium -um *('unbedingte, absolute Mannschaft'; de re v. V. Henn, Das ligische Lehnswesen im W. u. NW. des mittelalterl. dt. Reiches. Diss. Bonn. 1970):* CHART. Lamb. Leod. 92 p. 147,4 (a. 1204) ligium -um facere tenebitur *comes*. CHART. Ital. Ficker 457 p. 465,17 pro quibus ... castris ab eo *(cive Senensi)* ligium -um et fidelitatis recepimus *(sc. rex)* iuramentum. *al.* **γ** *de commendatione imperatoris ecclesiae facta:* CONST. imp. II 130 p. 172,46 (a. 1230) pro quo *(sc. quod ad Romanam ecclesiam pertinet)* Romane ecclesie iuramentum fidelitatis exhibuit et -um prestitit *imperator.* **δ** *per compar. de pacto cum diabolo facto:* CHRON. Mett. a. 1078 add. 2 (MGScript. XXIV p. 500,48; c. 1200) compunctus iussit *(sc. scismaticus)* abscidi sibi omnia membra, quibus diabolo o-um fecerat. CAES. HEIST. mirac. II 2,22capit. qui *(scholaris)* dyabolo -um fecit propter versus componendos *eqs.* **b** *latius:* **α** *de condicione vasalli:* CONST. Melf. 2,32 nullus vilis condicionis ... de persone condicione, utpote de -o, ... in testem possit induci. CHRON. reg. cont. IV a. 1227 p. 259,38 qui *(castri possessor)* ei *(episcopo)* i u r e -i tenebatur (CHART. Sangall. A 958 p. 161,13. *al.*). *al.* **β** *de condicione domini ('Herrschaft'):* CHRON. Reinh. a. 1198 p. 560,19 se ... dedens *(sc. lantgravius)* Ottonis hominio (-o *var. l.*). ACTA imp. Winkelm. I 661 p. 528,3 omnes homines ... a dominio ... marchionis ... soluti, ad dominium ... inperatoris et ob-um perveniant. *al.* **γ** *iuramentum – Eid, Schwur:* CONST. imp. III 126 (a. 1277) prestito fidelitatis -o (*sim.* 141,2. 188). **2** *meton. de possessione hominio recepta (et de re ipsa et de statu possidendi):* ROB. TOR. chron. a. 1169 p. 518,18 dedit rex Gaufrido Grisagonella -um illius *(comitis)* et ipsam civitatem. CHART. Turic. 511 p. 13,13 -um in Dingilnchon; ... aliud -um est curia in Salun. CHART. episc. Hild. II 494 p. 241,30 que *(bona)* Philippus de manu nostra nomine et titulo -i tenuit. CHART. Helv. arb. 122 p. 187,41 quod ... comitissa ... assignet ... villam cum pertinenciis et omni iure ... cum omnibus feudis et -is. *saepe. locut.* in -um, in -o dare *sim.:* HUGO LAUB. fund. 2 (MGScript. XIV p. 547,44; c. 1160) quae *(terra)* ... alienis in -o tradita est. CHART. Lamb. Leod. 119 quod neque per nos *(sc. episcopum)* ... neque per ecclesiam Leodiensem unquam poterit alienari nec alicui in feodum sive in -um dari. *al.* *cf.* *hominagium, *hominium.

[homallo *v.* obmallo: FORM. Marculfi 1,31.**]**

homel- *v.* homil- *praeter:*

***homelix,** -icis *m.* (ὁμῆλιξ) *socius, sodalis – Kamerad, Begleiter:* AETHICUS 36c,9 piscium et biluarum ac -um *(ci. Herren;* homicum, hominum *codd.)* hamum *(sc. mare bromiscum).*

homicida, -ae *m. et f. script.:* o-: LEX Raet. Cur. 9,12. 9,28. hum-: *l.31.* homec-: *l.16. form.: nom. pl.* -des: *l. 19. adde* CAPIT. reg. Franc. 33,22. *decl. II.: l. 21. adde* CHRON. Camer. 3,34 p. 547,35.

1 *qui (quae) interfecit, occidit – Mörder(in), Totschläger(in) (fere de hominibus; de loco: l.27):* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 2,20 de -is, adulteris et furibus. PIRMIN. (?) scar. 28a p. 66,5 -a cum -ecidis (-is *var. l.*). NICOL. I. epist. 155 p. 671,8 quae *(mulieres)* ante temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut -ae ... iudicandae sunt. BENED. ANDR. chron. p. 63,13 hii, qui sunt -es, manibus tuis *(sc. principis)* damus *(sc. Beneventani).* CHART. Raitenh. 268 quod incendiarios, -os laicorum ... possitis *(sc. abbas)* auctoritate nostra *(sc. episcopi)* absolvere. *persaepe.* **b** *usu attrib.:* EPIST. var. I 33 p. 550,23 sicut factum est de illo -a clerico, qui monachum interfecit, qui *eqs.* GESTA Trud. cont. I 12,6 p. 307,29 qui huius *(sc. quod nivis marones involvit et extulit)* infausti mysterii aliquando conscii fuerant, precipiti cursu ad hunc -am locum velocissime ruerant. EPIST. Hildesh. 21 karta militis cuiusdam nobilis de quodam milite -a, quem recepit in patriam. **2** *inimicus, hostis capitalis – Todfeind (de re v. Brunner, Rechtsgesch. I. p. 223):* PACTUS Alam. 21,5 nisi hu-a (-a *var. l.*) suus ei in curte aut in casa fuerit ..., si sequenter ipsum currit, hoc non est ad requirendum.

homicid(i)alis, -e. *script.* hum-: *l.36.* **1** *adi. i. q. ad caedem, homicidium pertinens – Mord (Totschlag) betreffend, mörderisch, Mord-:* **a** *in univ.:* EPIST. Lang. 5 quatinus ... militaris integritas unius ob noxam hu-dali *(corr. in* humiadali *L)* contagio nequaquam subiaceat. PETR. DAM. epist. 108 p. 197,21 cum ... ad instar Aegyptiorum fluminum -dalis anima in odii sanguinem vertitur. GERHOH. psalm. 34,16 p. 375,5 in profundum inferni mersus illic -dalis nequitiae poenas luit *Nero.* vigil. 18 p. 524,43 incepta contra Christum crudelitas -dalis. **b** *gravis, capitalis – schwer, Kapital- (de summo crimine):* RATHER. coni. 16,635 melioratione relicta de sola peioratione -dalis perageretur solummodo c a u s a (ALBERT. M. pol. 3,1e p. 210a,36 'senes ... -iales' [*p. 1275b*,10 τὰς φονικάς] iudicant causas). **c** *perniciosus – verderblich, vernichtend:* RATHER. epist. 27 celare vobis *(sc. coepiscopo)* -dale computo, quantum *eqs.* **2** *subst. neutr. i. q. caedes, homicidium – Mord, Totschlag:* ALBERT. M. pol. 2,11 p. 200b,10 Chalcedonia ... civitas Thraciae est, 'cuius circa -ialia (*p. 1274b,24* τὰ φονικά) et haereditationes' ... studium ... est (*sim.* 4,14 p. 418b,41. p. 419a,7).

homicidium (o-), -i *n. script.:* um-: FORM. Turon. 29 *(var. l.).* hum-: *l.63.p.1059,2. al.* homid-: NOTKER. BALB. gest. 1,32 *(var. l.).* homec-: PIRMIN. (?) scar. 21. 28b p. 66,14. LEX. Raet. Cur. 9,9. homoc-: *l.65.* -itid-: CHRON. Pol. 2,33 p. 100,13 *(var. l.).* -idici(um): FORM. Sal. Lind. 19 *(var. l.).* -dum: *p.1059,11. form.: gen. plur.* -um: *l.65.p.1059,10. al. decl. I.: l. 65. adde* LEX Sal. Merov. 62 tit. *(var. l.).* ROD. GLAB. hist. 2,21 p. 88,27. *acc. pro abl.:* LEX Sal. Merov. 102,1. *al.*

gener. i. q. caedes, occisio – Mord, Totschlag: **1** *proprie:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 93,17 quisquis hu-um volumtate commiserit. CONC. Karol. A 16A,3 ea genera trium -orum (-um *var. l.*). CAPIT. reg. Franc. 34,8 de -a. 249,11 de homo-o. THIETM. chron. 7,16 qui *(Hericus)* ex nostra regione ob o-um illo *(sc. ad Merseburg)* fugit. HONOR. AUGUST. eluc. 2,5 -um saepe bonum praedicatur, ut occisio Goliae a David. CONST. imp. II 196,24 pro perfidia vel -o, quod dicitur mort. CHART. Carniol. II 346 p. 270,8 de -o, quod wlgariter dicitur totslach. *persaepe. de aqua caedis rea:* MIRAC. Pirmin. 3 p. 31,36 in fontem prolapsus est *senex* ...; incumbunt *fratres* orationi ...

[Weber]

Domino . . . supplicantes, ut pollui vitaret -o aquam. **b** *accedente gen. obi.:* LEX Sal. Merov. 41[tit.] de -is (hu- *var. l.*) ingenuorum. IOH. VIII. epist. B 58 qui de -o Romani religiosi clerici suspecti a nobis . . . vocati venire contempserunt. VITA Meinw. 201 quidam homo ingenuus de -o Sigifridi comitis incusatus. CHART. Burgenl. I 225[b] de matris -o. *saepius*. **c** *sing. pro plur.:* LIUTPR. leg. 4 qui *(imperator Otto)* . . . imperii nostri *(sc. Nicephori)* . . . civitates -o aut incendio sibi subdere temptavit. **2** *in imag. vel translate:* FORM. Senon. II add. 4,9 si loquestrem non stringit furorem latro fraudolentus, -um (-dum *cod.*) est reus, certus adulter. HILDEG. epist. 160[R],74 cum inimicalia -a odii ac invidie a nobis abicimus *(cf. Vulg. I Ioh. 3,15)*.

***homiculus,** -i *m.* (homo) *homo (parvus), homullus – (kleiner) Mensch, Menschlein:* LAMB. ARD. hist. 82 quod nunquam tante probitatis et virtuose magnanimitatis usquam oculis prospexerit *Reinaldus* -um. *Weber*

